Dominus: non in unius singularitate personæ, sed in unius trinitate substantiæ. Quod enim de tua gloria, revelante te, credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu Sancto, sine differentia discretionis sentimus. Ut in confessione veræ , sempiternæ que Deitatis, et in personis proprietas, et in essentia unitas, et in maiestate adoretur æqualitas. Quam laudant Angelis atque Archangeli, Cherubim quoque ac Seraphim: qui non cessant clamare quotidie, una voce dicentes:

Señor; no en la unidad de una sola persona, sino en la Trinidad de un sola substancia. Por lo cual, cuanto nos has revelado de tu gloria, lo creemos también de tu Hijo y del Espíritu Santo, sin diferencia ni distinción. Confesando una verdadera y eterna Divinidad, adoramos la propiedad en las personas, la unidad en la esencia, y la igualdad en la Majestad. La que alaban Angeles y Arcángeles, Querubines y Serafines, que no cesan de cantar a diario, diciendo a una voz:

*Regrese al Sanctus, en el ordinario*

## ✠ Comunión: Proverbios 3, 9-10 ✠

Honóra Dóminum de tua substántia, et de primítiis frugum tuárum: et implebúntur hórrea tua saturitáte, et vino torculária redundábunt.

Honra al Señor con todo tu haber y con las primicias de tus frutos; y se llenarán tus trojes de granos, y tus lagares rebosarán de vino.

## ✠ Poscomunión ✠

Sentiámus, quǽsumus, Dómine, tui perceptióne sacraménti, subsídium mentis et córporis: ut in utróque salváti, cæléstis remédii pleni túdine gloriémur. Per Dóminum...

Rogámoste, Señor, que al recibir tu Sacramento, experimentemos un refuerzo en el alma y en el cuerpo; a fin de que, salvados ambos, nos gloriemos con la plenitud del remedio celestial. Por nuestro Señor...

Cortesía Una Voce México
Disponible en: www.propria.org/espanol/



# Propio de la Misa

## Domingo undécimo después de Pentecostés

### Catedral de San Juan Evangelista



*Éffeta, que quiere decir 'abríos'*

## ✠ Introito: Salmo 67. 6-7 y 36 ✠

Deus in loco sancto suo: Deus qui inhabitáre facit unánimes in domo: ipse dabit virtútem, et fortiúdinem plebi suæ. *Ps. 67, 2.* Exsúrgat Deus, et dissipéntur inimíci eius: et fúgiant, qui odérunt eum, a fácie eius. ℣. Glória Patri...

Dios mora en su lugar santo: Dios que hace habitar en santa paz a los hombres en una misma casa. El dará a su pueblo valor y fortaleza. *Salmo 67, 2.* Levántese Dios, y desaparezcan sus enemigos; y huyan de su presencia los que le odian. ℣. Gloria al Padre...

*Regrese al Kyrie, en el ordinario*

## ✠ Oración o Colecta ✠

Omnípotens sempitérne Deus, qui abundántia pietátis tuæ et mérita súpplicum excédis et vota: effúnde super nos misericórdiam tuam; ut dimíttas quæ consciéntia métuit, et adiícias quod orátio non præsúmit. Per Dóminum...

Omnipotente y eterno Dios, cuya infinita bondad rebasa los méritos y aun los deseos de los suplicantes; derrama sobre nosotros tu misericordia, y perdona aquello por que nuestra conciencia teme, dándonos aun aquello que no osamos pedirte. Por nuestro Señor...

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corinthios.

## ✠ Epístola: 1 Corintios 15, 1-10 ✠

Fratres: Notum vobis fácio Evangélium, quod prædicávi vobis, quod et accepístis, in quo et statis, per quod et salvámini: qua ratióne prædicáverim vobis, si tenétis, nisi frustra credidístis. Trádidi enim vobis in primis, quod et accépi: quóniam Christus mórtuus est pro peccátis nostris secúndum Scriptúras: et quia sepúltus est, et quia resurréxit tértia die secúndum Scriptúras: et quia visus est Cephæ, et post hoc úndecim. Deínde visus est plus quam quingéntis frátribus simul, ex quibus multi manent usque adhuc, quidam autem dormiérunt. Deínde visus est Iacóbo, deínde Apóstolis ómnibus: novíssime autem ómnium tamquam abortívo, visus est et mihi. Ego enim sum mínimus Apostolórum, qui non sum dignus vocári Apóstolus, quóniam persecútus sum Ecclésiam Dei. Grátia autem Dei sum id quod sum, et grátia eius in me vácua non fuit.

℟. **Deo grátias.**

Hermanos: Quiero ahora recordaros el Evangelio que os he predicado, que vosotros recibisteis, en el cual estáis firmes, y por el cual sois salvados; si es que lo conserváis tal cual yo os lo prediqué, porque de otra suerte, en vano habríais abrazado la fe. En primer lugar, os he enseñado lo mismo que yo aprendí, a saber: que Cristo murió por nuestros pecados conforme a las Escrituras, y que fue sepultado, y resucitó al tercer día, según las Escrituras; y que se apareció a Cefas, y después a los once. Posteriormente se dejó ver en una sola vez a más de 500 hermanos juntamente; muchos de ellos viven aún, otros en cambio murieron ya. Después se dejó ver a Santiago, luego a los Apóstoles todos; finalmente, se me apareció también a mí, que soy como un abortivo. Pues yo soy el menor de los Apóstoles, que ni merezco ser llamado Apóstol, porque he perseguido a la Iglesia de Dios. Mas por la gracia de Dios soy lo que soy, y su gracia no ha sido estéril en mí.

## ✠ Gradual: Salmo 37, 7 y 1 ✠

In Deo sperávit cor meum, et adiútus sum: et reflóruit caro mea, et ex voluntáte mea confitébor illi. ℣. Ad te, Dómine, clamávi: Deus meus, ne síleas: ne discédas a me.

En Dios esperó mi corazón, y fui socorrido; y refloreció mi carne, y con todo mi corazón le alabaré. ℣. A Ti, Señor, llamé; Dios mío, no te hagas sordo a mis ruegos, ni te alejes de mí.

**Allelúia**, allelúia. ℣. *Ps. 80, 2-3.* Exsultáte Deo adiutóri nostro, iubiláte Deo Iacob: súmite psalmum iucúndum cum cíthara. Allelúia.

**Aleluya**, aleluya. ℣. *Salmo 80, 2-3.* Alabad a Dios, que es nuestro ayudador, celebrad al Dios de Jacob; cantad himnos suaves con la cítara. Aleluya.

✠ *Sequéntia sancti Evangélii secúndum Marcum:*

℟. **Gloria tibi, Dómine.**



## ✠ Evangelio: Marcos 7, 31-37 ✠

In illo témpore: Exiens Iesus de fínibus Tyri, venit per Sidónem ad mare Galilǽæ, in ter médios fines Decapóleos. Et addúcunt ei surdum et mutum, et deprecabúntur eum, ut impónat illi manum. Et apprehéndens eum de turba seórsum, misit dígitos suos in auriculas eius: et éxspuens, tétigit linguam eius: et suspíciens in cælum, ingémuit, et ait illi: Ephphetha, quod est adaperíre. Et statim apértæ sunt aures eius, et solútum est vinculum linguæ eius, et loquebántur recte. Et præcépit illis ne cui dícerent. Quanto autem eis præcipiébat, tanto magis plus prædicábant: et eo ámplius admirabántur, dicéntes: Bene ómnia fecit: et surdos fecit audíre et mutos loqui.

℟. **Laus tibi, Christe.**

En aquel tiempo: Saliendo Jesús de tierras de Tiro, se fue por Sidón hacia el mar de Galilea, atravesando por mitad de la Decápolis. Y le trajeron un sordomudo, suplicándole pusiese la mano sobre él para curarle. Y apartándole del tropel de la gente, metió los dedos en sus oídos y con la saliva le tocó la lengua; y alzando los ojos al cielo, suspiró y díjole: «*¡Effeta!*» que quiere decir, «abríos». Y al punto se le abrieron los oídos y se le soltó el impedimento de su lengua, y hablaba correctamente. Y les mandó que a nadie lo dijesen. Pero cuanto más se lo mandaba, tanto más lo divulgaban; y más crecía su pasmo, y decían: Todo lo ha hecho bien; ha hecho oír a los sordos, y hablar a los mudos.

*Regrese al Credo, en el ordinario*

## ✠ Ofertorio: Salmo 29, 2-3 ✠

Exaltábo te, Dómine, quóniam suscepísti me, nec delectásti inimícos meos super me: Dómine, clamávi ad te, et sanásti me.

Te ensalzaré, Señor, porque me has socorrido, y no consentiste que se riesen de mí mis enemigos; Señor, a Ti clamé, y me curaste.

## ✠ Secreta ✠

Réspice, Dómine, quǽsumus, nostram propítius servitútem: ut, quod offérimus, sit tibi munus acceptum, et sit nostræ fragilitátis subsídium. Per Dóminum...

Suplicámoste, Señor, mires propicio el Sacrificio que nosotros tus siervos te ofrecemos, para que te sea grato, y sostenga nuestra fragilidad. Por nuestro Señor...

## ✠ Prefacio de la Santísima Trinidad ✠

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus. Qui cum unigenito Filio tuo, et Spiritu Sancto, unus es Deus, unus es

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable, el darte gracias en todo tiempo y lugar, Señor santo, Padre omnipotente, Dios eterno. Que con tu unigénito Hijo, y con el Espíritu Santo, eres un solo Dios, un solo